



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1620 usque ad annum 1623

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118855

§. 72. Ultima Cæsaris Sententia circa hæc negotia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67344](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67344)

curandam: Præterea Brandeburgici Electoris legatus adversus illa verba in proscriptionis relatione addita: *absolute & illimitate*, reclamabat, asserens, ea Cæsareæ Capitulationi esse contraria.

Sæc. XVII.
A. C. 1623.

§. LXXII.

Ultima Cæsaris sententia circa hæc negotia.

Perceptis Principum sententiis Ferdinandus, priusquam suum desuper decretum ederet, Moguntinum & Trevirensem Electores tanquam rei controversæ arbitros seorsim in consilium vocabat. Hi ergo Cæsari, quod Palatino partem suarum ditionum gratiose restituere velit, grates rependebant, supplices, ut saltem ejusdem Nepotes in Electorali dignitate restituenda & Palatino jure non privarentur, cum absdubio huic consilio pariter Bavarix Dux consensurus esset: Huic moderationi Principes Catholici, cum Pontificem quinque armatorum millia pro repellendis hostium conatibus obtulisse intelligerent, absque cunctatione subscripsere, reclamantibus itidem A catholicis Principibus: Cæsar autem perpendens, quod Catholici tam proscriptionem quam translationem Imperii

Carafa l. c.
Lond. pag.
1080.

Sæc. XVII. perii legibus consonam, Protestantes
 A. C. 1623. econtra Palatinum Electoratum & di-
 tioni suæ ex Imperii legibus esse red-
 dendum affirmarent, hanc ipsam con-
 traditionem in rem suam, suæque au-
 thoritatis libertatem vertit, ac die vi-
 gesima quinta Februarii ultimam de-
 super sententiam confessui Principum
 scriptotenus his verbis declarabat:
 „Optandum fuisset, ut Palatinus re-
 „jectis perversis aliorum consiliis Ele-
 „ctorum ac Principum monitis obse-
 „cundans sese Cæsareæ clementiæ di-
 „gnum reddidisset: Ne vero aut cle-
 „mentiæ aut justitiæ deesse, vel po-
 „tentes Regum & Principum preces
 „neglexisse videar, declaro, quod Pa-
 „latinum, si tamen depositis armis
 „supplex veniam petierit, ac obedi-
 „tiam promiserit, nullaque mora ob-
 „latæ huic gratiæ aquieverit, in gra-
 „tiam recepturus sim, excepta tamen
 „dignitate Electorali, circa quam, cum
 „Electores ac Principes hujus priva-
 „tionis æquitatem, gravissimasque caus-
 „sas approbassent, nihil immutare va-
 „leo: de juribus vero Agnatorum, ab-
 „sentibus illis, quorum interest, in
 „hoc confesso nil decerni potest: quo-
 „niam vero hunc locum in Electorali
 „Collegio diutius vacare haud expe-
 „dit, sine præjudicio ejusdem Collegii,
 vel

„vel aureæ Bullæ, aliarumque Impe- Sæc. XVII.
 „rii sanctionum Electoratum Maximi- A. C. 1623.
 „liano Bavaricæ Duci propter eximia
 „illius merita & antiquum Bavaricæ
 „Domus jus confero: Denique, ut Fi-
 „liis, & Palatini Agnatis consulatur,
 „propediem vel Augultæ vel Norim-
 „bergæ, aut Ulmæ conventum cele-
 „brabo, in quo amica transactio &
 „compositio super jure cujuslibet in-
 „stituatur: Si vero ea res ad optatum
 „exitum deduci haud posset, totum
 „negotium via juris coram Electorali
 „Collegio decidendum promitto, eo fi-
 „ne, ut post Bavaricæ Ducis obitum
 „Electoratus aliaque eidem adjudicen-
 „tur, cui ab Electoribus ibidem attri-
 „buta fuissent.,

§. LXXIII.

*Maximilianus Bavaricæ Dux in Im-
 perii Electorem proclamatus.*

In eodem hoc conventu sequens Ele- Caraf. l. c.
 „ctoratus admittendi conditio Maxi- Adlzreit.
 „miliano Bavaricæ Duci proponebatur: Annal. Boic.
 „Renuntiatur Elector, absque tamen ullo part. 3. l. 8.
 „Cæsaris, Palatini Filiorum, Fratris alio- Blanc. Hist.
 „rumque Palatinæ Domus Principum præ- de Bav. t. 4.
 „judicio, adeo, ut Cæsar eidem, cui Ele- p. 175.
 „ctoralis dignitas in proximo conventu ad- Meteran.
 „judicabitur, eandem post Bavari obitum l. 43. Hist.
 „libere Belg. p. 411.